

COMMENTARII  
IN THRENOS ET  
ORATIONEM IEREMIE  
PROPHETÆ,

A DOCTORE SEBASTIANO  
à Costa, de Andrada, Olyspionensi, olim Collega in  
Regio D. P. Juli Collegio Coimbricensis Academia:  
nunc vero Metropolitana Ecclesia Ebo-  
rensis Canonico Magistrali.

QVM INDICE RERVM NEC  
non locorum sacrae Scripturae.

Opus nunc primum in lucem editum.



L Y G D V N I.

Sumptibus Horatij Cardon.

M. D C I X.



ILLVSTRISSIMO  
ALFONSO FVRTADO  
DE MENDOÇA, SVPREMO  
Hispaniarum Regis à Consiliis, ac  
Tribunalis conscientiæ eiusdem  
Regis presidi dignissimo, Doctor  
Sebastianus à Costa, de Andrada,  
Canonicus Magistralis Ecclesiæ  
Eborensis, æternam in Domino  
exoptat felicitatem.

**A**THENIENSES, olim di-  
uino afflati spiritu lacry-  
mas veluti pretiosum mu-  
nus immortali Deo offerebant : illis  
enim pascitur diuina bonitas , illis  
mirandum in modum recreatur, illas

A 2 à nobis



QVÆSTIONES  
PROOEMIALES IN  
THRENOS IEREMIAE  
PROPHETAE.

*Quis fuerit huius operis auctor?*

**R**ÆCELLENTISSIMVS vates Ieremias fuit sacerdos, de genere sacerdotum, qui habitabant in terra Benjamin, cōtra Septentrionem, in viculo Anathot, tribus ab Ierusalem distante milliaribus; sanctificatus in matris utero, ut ex exordio primi capituli suæ prophetiæ satīs colligitur. Virginitatem perpetuò coluit, qua, ut inquit D. Hieronymus, Euani. D. Hieron. gelicū vitum Ecclesiæ dedicauit, à pueritia prophetauit, officiumque prophetandi, quod pro ætate se non posse sustinere autumabat, detestatus est, eādem verecundia qua & Moyses: Exod. Exod. 4. tenuis ac gracilis vocis se esse dixit. Et quamvis, apud Hebreos, Isaia videatur esse rustior, quia fortè simplicitas eloquij, ei à loco, in quo natus est, accidit, tamen nulli prophetarum fuit